qui confixerunt animam eius. Noli eſſe
amicus homini iracundo. neque ambules
cum uiro furioſo. ne forte diſcas ſemitas
eius. et ſumas ſcandalum anime tue. No
li eſſe cum his qui defigunt manus ſuas.
et qui uades ſe offerunt pro debitis. Si enim
non habes unde reſtituas. quid cauſe eſt
ut tollat operimentum de cubili tuo? Non
tranſgrediaris terminos antiquos. quos
poſuerunt patres tui. Vidiſti uirum ue
locem in opere ſuo. coram regibus ſtabit. nec
erit ante ignobiles. Quando ſederis ut
xxiii. comedas cum principe. diligenter attende
que poſita ſunt ante faciem tuam. et ſta
tue cultrum in gutture tuo. ſi tamen habes
poteſtatem in animam tuam. Ne deſideres
de cibis eius in quo eſt panis mendacii.
Noli laborare ut diteris. ſed et prudentie
tue pone modum. Ne erigas oculos tuos
ad opes quas habere non potes. quia faci
ent ſibi pennas quaſi aquile. et uolabunt
in celum. Ne comedas cum homine inui
do. et ne deſideres cibos eius. quoniam in ſimili
tudine arioli et coniectoris eſtimat quod
ignorat. Comede et bibe dicet tibi. et mens
eius non eſt tecum. Cibos quos comederas
euomes. et perdes pulchros ſermones tuos.
In auribus inſipientium ne loquaris. quia
deſpicient doctrinam eloquii tui. Ne attin
gas terminos paruulorum. et agrum pu
pillorum ne introeas. Propinquus enim eorum
fortis eſt. et ipſe iudicabit contra te cauſam
illorum. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum.
et aures tue ad uerba ſcientie. Noli ſubtra
here a puero diſciplinam. Si enim percuſſe
ris eum uirga. non morietur. Tu uirga per
cuties eum. et animam eius de inferno libera
bis. Fili mi ſi ſapiens fuerit ~~amicus~~ animus tuus.
gaudebit tecum cor meum. et exultabunt
renes mei. cum locuta fuerint rectum labia

tua. Non emuletur cor tuum peccatores. ſed
in timore domini eſto tota die. quia habe
bis ſpem in nouiſſimo. et preſtolatio tua non
auferetur. Audi fili mi et eſto ſapiens. et di
rige in uia animum tuum. Noli eſſe in con
uiuiis potatorum. nec in comeſſationibus
eorum qui carnes ad ueſcendum conferunt.
quia uacantes potibus et dantes ſimbola
conſumentur. et ueſtietur pannis dormita
tio. Audi patrem tuum qui genuit te. et
ne contempnas cum ſenuerit mater tua.
Veritatem eme et noli uendere ſapientiam.
et doctrinam et intelligentiam. Exultat gau
dio pater iuſti. Qui ſapientem genuit. le
tabitur in eo. Gaudeat pater tuus et mater
tua. et exultet que genuit te. Prebe fili mi
cor tuum mihi. et oculi tui uias meas cuſto
diant. Fouea enim profunda eſt meretrix. et pu
teus anguſtus aliena. Inſidiatur in uia quaſi
latro. et quos incautos uiderit interficiet.
Cui ue. cuius patri ue. cui rixe. cui fouee. cui
ſine cauſa uulnera. cui ſuffuſio oculorum?
Nonne his qui morantur in uino. et ſtudent
calicibus epotandis? Non intuearis uinum
quando flaueſcit. cum ſplenduerit in uitro
color eius. Ingreditur blande. ſed in nouiſ
ſimo mordebit ut coluber. et ſicut regulus
uenena diffundet. Oculi tui uidebunt ex
traneas. et cor tuum loquetur peruerſa. et eris
ſicut dormiens in medio mari. et quaſi ſo
pitus gubernator amiſſo clauo et dices. Ver
berauerunt me ſed non dolui. traxerunt
me et ego non ſenſi. Quando euigilabo et
rurſus uina reperiam? Ne emuleris uiros xxiiii
malos. nec deſideres eſſe cum eis. quia rapi
nas meditatur mens eorum. et fraudes
labia eorum loquuntur. Sapientia edifi
cabitur domus. et prudentia roborabitur.
In doctrina replebuntur cellaria. uniuerſa
ſubſtantia precioſa et pulcherrima. Vir